AD Dn. IOHANNEM KRABBIVM MATHEMATIcum Guelphicum,

Ode

M. VITI IOHANNIS SCHOLAE Guelphicæ Rectoris.

QVantum æſtuoſæ prata Calabriæ
Diſtent feraci Sardiniæ agro:
Quantum Venafragis ab agris
Florida Theſſalia vireta;
Quin Dædalæo promptior Icaro
Sublate pinnis per liquidum æthera,
Narras, ut arx ſtellans Tonantis
Perpetuo moveatur axe
Hinc gratus es mortalibus omnibus,
Queis eſt caput, non vana cucurpita:
Quicquid cohors tandem coaxet
Neſtori Guelphiadum rebellis.
Sic perge Krabbi, his muneribus bea
Heroa Guelphum, & ſidera vertice
Mox ſuſtinebis alter Atlas:
Nec poterit tua laus obire.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG